



A D

LECTOREM CANDIDVM,

E T

*Antiquissimæ Hippocraticæ  
Doctrinæ studiosum.*

PRÆFATIO.

**H**ippocrates, fulgen-  
tissimum Medicinæ  
lumen, Diuina sua  
oracula ænigmatibus  
obuelauit, & præcepta in om-  
nibus doctrinæ suæ operibus la-  
conicè retulit; adeò vt obscura  
eius breuitas, & eloquia, à scri-  
ptoribus in varios sensus distor-  
ta sint, quorum quædam Gale-  
nus mirâ artis solertiâ, ac venu-  
sto ordine, in capita disposuit;  
quædam verò, & præsertim AV-  
REVM LIBELLVM DE DI-  
ÆTA, mysterijs repletum, in-

*Veterum  
scripta æ-  
nigmatica  
sunt velut  
Apollinis  
oracula.*

## PRÆFATIO

tracta reliquit. Diuinus enim Senex, hos solis Chymicæ cultoribus delegauit, quæ ars olim, & fortassis Hippocratis sæculo, *Naturalis Philosophia* appellabatur. Quis enim Senis rarissima eloquia, aut ignem mollem ibidem, mente percipiet; nisi in occulta hac Hippocratica naturali doctrina sit exercitatus? Attestante id Raimundo a. *Vt cunque logicus, inquit, habeat profundum ingenium argumentabile, aut naturale; de rebus extrinsecis tamen nunquam per aliquam rationem, quæ venit ad sensum, poterit directè cognoscere, nec indicare, quomodo semen in terrâ pullulet, crescat & colligat fructus: nisi cum doctrina experimentalis, prius intrauerit in*  
**NOSTRAM PHILOSOPHIAM NATURALEM,**  
& non sophisticam sermocinalem illam, quæ nascitur logicis, per diuersas præsumptiones phantasticas: qui cum prognosticationibus sequelarum, contra vim na-

a Testam.  
cap. 26.

## AD LECTOREM.

tura, faciunt multos pertinaciter errare in sophisticatione mentis. Quia per nostram mechanicam scientiam, intellectus est re-ctificatus vi experientiae, respectu oculi & vere notitiae mentalis, imò experientiae nostrae stant supra probationes phantasticas conclusionum, ideoque nec eas tolerant: sed omnes alias scientias, ostendunt viuaciter intrare in intellectum. Vnde deinceps intelligimus per naturam intus illud, quod est, & quale est. Quia per talem scientiam intellectus stat denudatus superfuitatibus & erroribus, qui ipsum ordinariò remouent à veritate, propter praesumptiones, & prauiudicata, credita in conclusionibus. Hinc enim nostri, se direxerunt ad intrandum per quamlibet scientiam, in omnem experientiam, per artem verò, iuxta naturae cursum, in suis **VNIVOCIS PRINCIPIIIS.**

Spagyria enim sola est speculum veri intellectus: monstratque

## PRÆFATIO

tangere & videre veritates earum in claro lumine; Ideoque habet tabula smaragdina. Per hoc genus demonstrandi, fugiet à te, omnis obscuritas, &c.

a lib. 1. de  
diaca.

Huius antiquissimæ artis fundamenta, indigitat Hippocr. in suprâ iam citati libelli principio a Constituuntur, inquit, tum animantia alia omnia, tum homo ipse ex duobus, differentibus quidem facultate, concordibus vero, & commodis usu, IGNE & AQUA. Hæc ambo simul sufficientia sunt, tum alijs omnibus, tum mutuo sibi ipsis; utrumvis verò seorsim, neque sibi ipsi, neque ulli alteri sufficiens est, &c.

Hunc ignem, mollem nimirum, & aquam coagulabilem, hactenus obscura, nunc in hoc compendio, ad oculum ostendere decreui, solius veritatis agnoscendæ studio, quæ hoc sæculo, ab osoribus Hippocraticæ doctrinæ, miserè premitur: attamen opprimi illam impossibile; adeo est potens, inexpugnabilis, ac trium-

## AD LECTOREM.

triumphans supra res totius mundi omnes, quod etiam sacris comprobatur. Zorobabel enim ait *Fortis est vinum, Fortior Rex, fortissima mulieres, sed supra omnia vincit veritas; omnis enim terra inuocat veritatem, cælum ipsam benedicit, hæc valet, vincit & viuit in æternum &c.*

<sup>a</sup> Esdr. li. 3.  
ca. 3. & 4.

Multi quidem (viti varia sunt hominum ingenia) varie æstimabunt, vt in lucem profero, quod Natura solis Philosophis, labore & studio sudantibus manifestum reddere decreuit. Raimundus enim <sup>b</sup> ait: quod *Magistra & Domina Natura, ei comparat & flendo dixit: Heu, quidnam modo faciam, quoniam instrumenta mea mihi auferre & tollere conantur, & secreta mea depredari, & detegere volunt, &c. ob id mandatum suscepimus, quod sua instrumenta debeamus occultare, & custodire à manibus inimicorum suorum, &c.* Hæc Naturæ

<sup>b</sup> Theor. ca. 1.

P RÆFATIO

instrumenta profundus Lullius,  
ab Hippocr. sic edoctus, profun-  
dè occultat, & duobus saltem  
dictionibus indicat scilicet E N-  
TIA REALIA.

Ita etiam Basilius Valentinus  
ea abscondit sub vocibus barba-  
ris, A S A nimirum & P H A-  
LAIA: imò Naturæ mechanica  
instrumenta, quæ Hippocrates  
ignem & aquam, hic alibi  
GLADIATORES <sup>a</sup>appel-  
lat; & quemadmodum Hippocr.  
hæc sub variarum artium opera-  
tione, paucis saltem discipulis  
Pythagoricorum more indigitat;  
Sic Basilius magistrum sequutus,  
sub cerevisiæ coctione <sup>b</sup> & alijs  
rusticis laboribus, ignota fieri  
voluit.

Paracelsus autem, vulgaria con-  
temnens, licet ab Ecclesia hæ-  
reseos damnatus, cum Hippocr.  
tamen in Antiquissima Doctri-  
na consentit, dictaque naturæ  
instrumenta, sub diuersorum  
spirituum nominibus <sup>c</sup> in sce-  
nam produxit.

<sup>a</sup> In 12. cla-  
u.

<sup>b</sup> Vid. cur-  
rum Tri-  
umph. An-  
tim.

<sup>c</sup> spiritus  
aliter trahit,  
aliter pro-

## AD LECTOREM.

Reliqua turba antiquorum Philosophorum, dicta Architectonica instrumenta, sub ficto nomine RE-BIS, (quasi binas res ostenderent) absconderunt: hinc natum est illud.

*trudit, idem  
autem uter-  
que facit,  
&c.  
Hip lib. 1.  
de diata.*

*Est Rebis in dictis, rectissima  
norma figuris.*

Item alij sub alijs velaminibus,  
&c.

Quibus respondeo, quod non solum hæc, sed alia quam plurima perpendi, & altâ mente revolui: ab hoc autem meo instituto (ob rationem infra dicendam) auocari, nullo modo poteram; præsertim dum Reipublicæ, cui omnes fortunarum nostrarum maiorem partem debemus, prodesse puto: Hæc nimirum naturæ instrumenta, dum in lucem profero, Methodum certam & apertam, hæctenus à paucis visam, explosis omnibus ambagibus, & fallacijs, simul ostendo; adeo ut ALCHYMIA antiquissima, nobilissima & ars necessaria, ab ignaris & rudibus

P R Æ F A T I O

osoribus, sine calumnijs, tuta  
subsistere, & illiteratorum, fla-  
gitiosorumque hominum latra-  
tus imposterum evitare possit.

*Nullius  
viri boni  
fama hic  
laceſſo.*

Quid enim frequentius à vasti-  
ssimis illis gigantibus audiatur,  
non solum in prænominata mun-  
di lumina, sed etiam, qui liber-  
tatis & pietatis memores, dif-  
ficultates, quas antiqui ( Numi-  
num instar mihi semper fuere  
colendi ) posuerunt laborum as-  
siduitate, & meditatione, ob-  
scuritates aperire student; quàm  
desertores, Empiricos ( ad expe-  
rientiam tamen inuiti confu-  
giunt ) præstigiatores appellari:  
inò minas addunt, apud impe-  
ritos ( quod miratus, tantam ar-  
rogantiam cadere posse in tan-  
tillum subiectum ) se iam iam ca-  
lamo, Chymix vanitatem mun-  
do manifestare; qui tamen an-  
tiquissimam Dominam nun-  
quam cognouerunt, nec quidem  
in limine salutarunt. Proh! quàm  
male intelligunt nostrum Gale-  
num, cuius sequaces se esse glo-

## AD LECTOREM.

riantur, docentem a. *In omni re, inquit, primum esse artificem oportere, tunc opus aggrediendum.* Discrimen sane magnum est, inter peritiam faciendi experimenta, & inter habitum inania castaque verba profundendi. De his olim Heraclitus: non præstat inscitiam suam abscondere, sed oportet eam (vt ait Plutarchus) in medium proferre, & medicinam ei adferre.

*a in li. Hipp. de aliment. comment. 3. Text. pharmacie.*

Longè aliter de ea viri eruditi, quibus animus præconcep-  
tis, & vanis opinionibus obfus-  
catus non est, sentiunt. Scribit enim Mathiolus *b* ad Andream de Blau: *Neminem medicum absolutum esse posse, imò ne mediocre quidem, qui in CHY-  
MIA non sit exercitatus.* Sed, quid vrget Doctorum virorum testimonia hîc adducere? ipsa natura, pro ea pugnat, quæ ne quidem sine hac arte, feminis granum producere potest, vt demonstrabitur. Huius antiquissimæ doctrinæ Hippocrates erat

*b li. 4. Epidem.*

## P R A E F A T I O

callentissimus, ut patebit, eamque commendat veris medicinae cultoribus: imò sine hac, hostes & osores artis irrationalium animalium more vivere deberent: domum enim, in qua ab aeris iniuria sese defenderent, non haberent; calx nimirum & lateres deficerent pro aedificatione, nec vitrum pro fenestris, neque specula, neque perspicilla, oculis fenum tam necessaria auxilia: Sed ex quo lucellum sperarent, nisi per Chymiam minerarum liquefactio, & metalli separatio inventa fuisset? Hac arte deficiente, deficeret Typographia, natura sponte nunquam lintamina produceret, ut neque chartam, neque atramentum ad imprimendum aut scribendum, ut neque colores, quorum infinitum numerum necessaria & nobilissima hæc ars produxit; ut cinnabarim, ultramarinum, minium, cerussam, purpuram, aurum musicum, aliorumque colorum temperatura, ab ea pro-

AD LECTOREM.

dijt. Sed quis omnia beneficia pro humano vsu, ab hac arte exorta enarrare potest?

Tota Septentrionalis plaga, vt & Patria mea, huic arti quam plurimum debent, conficitur ibi- *cereuisia.*

dem potus ex hordeo, quem cereuisiam appellant: Hordeum autem, vt docet Galenus, parum coctum ventositates efficit, op-

pilationes, si meliusculè bullie-

rit: Antiqui autem nostri, huius artis ope ab Hippocrate edocti,

in ipso hordeo naturæ instrumen-

ta excitarunt, & in nouum se-

men transmutarunt, quod non

amplius hordeum, sed maltham

a nunc vocant: Maltham con-

tritam coquunt, & iterum ex-

citant interna instrumenta ad

alterationem; hæc actio vocatur

fermentatio, quia feruere vi-

detur. Hac methodo, Hippo-

crate sic docente, fit ex eo salu-

*cereuisia.*

*a Brassia  
vocant Gal-  
li.*

*vinum.*

## P R A E F A T I O

panis.

ret, & instrumenta ad operandum in illo excitarentur. Sic neque panis, hac arte deficiente, fieret vnquam, nisi instrumenta naturæ in farina, proportionato igne externo & aquâ, excitarentur; cum verò in inuicem agere incipiunt, ex nouæ materiæ defectu, massa primò acescit, & paulatim putrescit, tandem verminescit: Ars vero instrumentorum operationem retardat, vel impedit, vehementi calore, aut frigore, opusque ab artifice ad vitam sustentandam mortalibus necessariam, ad finem conducitur.

At non solum alimenta; sed neque medicamenta salubria & magnæ virtutis, hac arte carere possunt, quod inter alia Theriaca docet; nisi enim in eo composito, infinita naturæ instrumenta simplicium, per fermentationem in vnum coirent, & sic quiesce-

alib. de viribus cordis pract. 2. cap. 4.

ret, inutilis plane reperiretur: ait enim Auicenna a: *duplicata esse virtutis medicinam, quæ fer-*

AD LECTOREM.

mentationem fit passa. Hac de causa Inuentor, in Chymicis operationibus versatus & doctus, addit vinum, vt promptius opus perficiatur: per fermentationem enim transmutantur naturalia quæque, vt de vuarum succo, cereuisia, & pane notum est.

Conuincit, aiunt, ratio, & ipsa veritas, hæc omnia ita se habere; sed nouitates in Philosophia & Medicina, quæ agitat; mineralia & metallica remedia humanæ naturæ admodum contraria tractatis, antiquitati ignota; hoc est quod impugnamus.

Obiectio.

Mundo introducere nouitates impossibile est, sed introducta à creatore, perficere, alterare, permiscere & componere docuit Hippocr. a & arti concessum est. Sic linum, fit per varias alterationes charta; gramen per varias alterationes fit chirotheca, & etiam gluten; succus florum per alterationes fit mel, & hoc per alterationes hydromel (Lithuanis

Responso.

a nihil fit quod prius non erat, verum permixta & discreta alterantur lib. 1. de diata.

## P R Æ F A T I O

potus suauissimus, vino Hispanico nihil cedens); & tandem acetum; quod dein facile in aquam elementalem reuertitur. Frumentum, per alterationem fit aqua ardens; varia simplicia, in vnum congesta permixta & per fermentum alterata, fiunt Theriaca. Sic post Hippocratem, cassia, sena, mechoacanna, cremor tartari, & infinita alia sunt re-  
perta, quorum ille non meminit; non autem noua, studio saltem & longâ experienciâ, in vsum, non sine fructu vocata sunt; adeò vt, cum Sapiente ex-  
clamare audeamus: *nihil noui*

*Nihil sub  
so e nouum:  
neq; ualec  
quisquam  
dicere. Ecce  
hoc recens  
est. Eccles.  
sap. 1. v. 10.*

*sub sole.* Quicquid ergo Hippocraticus inuenit & obstetricia manu perficit, illud à principio fuit; oculi autem vestri non ita erant aperti, vt cognoscerent ea.

Sed huic obiectioni, admodum eleganter respondet Stephanus Pasquier.

*Dicitur esse nouus nobis Paracelsus, ob idque*

*Crimen, in obscurum pellitur exilium:*

AD LECTOREM.

At nouus Hippocrates, nouus est Chri-  
sippus, & ipsi  
Roma Asclepiades, tempore quisque  
suo.

Qui noua damnatis, Veteres damnetis  
oportet:

Aut ista nihil est, in nouitate noui.

Quoad mineralia & metalli-  
ca remedia, neque hæc nouiter  
in medicinam sunt introducta,  
sed ab antiquis. Theriaca enim  
compositum antiquissimum abs-  
que calcitide planè inefficax es-  
set. Alkermes, recipit lapidem  
lazuli & aurum, metallorum  
perfectissimum, & nobilissimum.  
Idem Mesue composuit pillulas  
ex eodem lapide, in melancho-  
lia & insania non inutiles, quas  
etiam recentiores, auro vel ar-  
gento obducunt.

Aurum.

Apud Lithuanos in ciuitate  
Vilna, noui Argenti-fabrum  
hominem robustum, celibem, il-  
literatum, adeo tamen fælicis  
memoriæ, vt in lingua sibi vsi-  
tata, quicquid semel audiuerat,  
de verbo ad verbum ferè recita-

Argentum.

## P R Æ F A T I O

re nosset. Hic à iuvene, vsque ad 47. annum tunc temporis, quotidie ( ab assuetudine existimo ) sumpserat parum de argenti limatura, inter laborandum, sibi que firmiter persuadebat huius vsum sibi memoriam auxisse.

*Gemma.* Smaragdi, rubini, hyacinthi, nonne intrant in varias compositiones, quas cordiales nominamus?

*Sulphur.* Sulphur in pulmonum affectibus quotidie præscribitur; à Dioscoride, scriptore antiquissimo laudatum.

*Ferrum.* Ferrum ab antiquis celebratur in splenis affectibus, quo & hodie non sine fructu vtimur. Apud antiquos aquæ minerales, in magna fuerunt veneratione, & nos quoque in casibus desperatis annuatim ad eas confugimus.

*Sal.* Sed quid de sale dicent? absque quo, vita humana degere nequit: & quo in condiendis cibis vtimur quotidie, estne nouum inuentum? aut habueruntne antiqui

AD LECTOREM.

Antiqui eius notitiam? At non solum è mari & fontibus excoquitur; sed insuper sunt montes & mineræ natiui salis, solidi marmoris instar, in quibus lapidicinatum modo, cæditur renascens: quæ in Valachia, & prope Cra-couiam ipsius vidi, maiusque Regum vectigal, quam vllius rei: quod tamen neque vegetabile, neque animale dici potest: Eric ergo minerale.

Sic ad externa; antiqui vnguenta, Emplastra, collyria & similia, non sine mineralibus & metallis composuerunt. Ex plumbo Chymica arte cum aceto, composuerunt cerussam, pro vnguento & Emplastro, quod album appellatur. Ex plumbo fit litargyrium, ex quo fit Emplastrum triapharmacum; omnia hæc ab antiquis excogitata.

Ex cupro & aceto, eadem arte fit Aerugo; hæc intrat in vnguentum Ægyptiacum, fusco colore sic dictum, etiam veterum inuentum. Sed quid in his reci-

*Plumbum.*

*cuprum.*

P R Æ F A T I O

randis tempus consumo : vetula  
 quæque in Italia deridet huius  
 artis persecutores , quod sine ea  
 nihil quicquam inuenire illis pos-  
 sibile est ad capillum tingendum.  
 Vnico verbo , quicquid præclari  
 & pulchri arte perficitur , ab  
 huius antiquissimæ Philosophiæ  
 fundamento procedit ; videntes  
 hoc vident , attamen non cogno-  
 scunt. Hanc stupiditatem admi-  
 ratur Senex , dicit ( submissâ  
 voce ridendo , se conuertens ad  
 suos ) *Divina mens edocuit sua  
 opera imitari , cognoscentes quæ  
 faciunt , sed ignorantes quæ imi-  
 tantur* : Verba Hippocratis. Non  
 igitur noua producere tentant  
 Hippocratici Chymici ; sed anti-  
 quitate probatissima ab interitu  
 reuocant.

Lib. 1. de  
 Diata.

maimari

a quasi la-  
 pis armenus  
 lazuli , &  
 argenti vi-  
 vi inunctio  
 benigna es-  
 sent ?

Validissima autem remedia ,  
 a ( obijcere pergunt ) ex mercu-  
 rio & antimonio denotant igno-  
 rantiam Chymicorum , quorum  
 vsus abominabilis , & plerumque  
 per os non assumuntur absque vi-  
 tæ periculo.

## AD LECTOREM.

Ego vero ignorantiam non miror, hanc obseruo in omnibus professionibus, & præsertim in medicina, quam ab hac antiquissima arte, originem sumpsisse necesse est. Hinc motus Hippocrates a quod *Medicinam vocat* <sup>a de lege.</sup> *omnium artium nobilissimam, sed propter ignorantiam eorum, qui eam male exercent, esse omnium vilissimam.*

Ignorantia itaque est, quæ omne malum in medicina generat; hinc nullibi maior inuidia, quam inter hos ab Hippocrate alienos & dissectos, quorum facies eo crimine plerumque liuet, adeò vt medicus nunc passim ludibrio expositus comicis in facetias & mundo in prouerbium iuerit. Proh! vbi maiestas, quæ fulgebant olim apud suos Aesculapij? vbi decor, vbi existimatio & ἀδελφία, quam tantopere committit & commendat Hippocrates b? Nostro sæculo, vnus vilipendit alterum, dicta & facta taxat, rixatur, à tergo contra-

b de decenâ  
ornatu.

P R Æ F A T I O

dicat, quæ non intelligit, se ipsum apud ignaram plebem extollit, sordidâ spe lucelli. Si enim Chymicæ principia, id est naturæ instrumenta cum Hippocrate, ex nostris furnis, pro medicinæ fundamento didicissent, in tot errores & sectas medicina non abiisset, neque hodie cessat diuisio; assurgit enim sectatula, duplicem medicinam statuens, Chymicam scilicet & Galenicam, contra Senis decreta, qui vnam saltem docuit: neque Galenus huius sectæ meminit; huic Hippocratis & Galeni dogmata nimis videntur proluxa; paucis regulis contenti, instrumenta medicinæ ignorantes, & canonici à plebeis & mulierculis vocari se iubent & gaudent: quos tamen Galenus, qui nulli sectæ erat addictus, doctrinâ vero, & prudentiâ ornatissimus, seruos appellat: omnes enim addiscendi causâ accedere volebat, piscatores & infimæ sortis alios homines & plebeos & imperitos ali-

## AD LECTOREM.

quando consuluit, a ( & quare a li. de simp.  
pl. medic.  
facult. Paracelso id vitio vertitur à Sen-  
nerto in lib. de consensu cap. 4.)  
non solum vt, iuxta Hippocratis  
sententiam ( quem quoque non  
piguit ex plebeis sciscitari; præ-  
ceptionum libri principio ) igno-  
rantiam scilicet aufugeret, sed vt  
verum à falso discernere posset.

Cognoscebat enim solertissimus  
hic vir, ægroto nihil calamitosius  
accidere posse, quam medicina  
fundamentis *substruere credulita-*  
*tem, cogitationem, opinionem,*  
*incertitudinem, arenam, palu-*  
*dem, syrtem.* Et licet Galeni  
tempore, Philosophia naturalis,  
quam nunc Chymiam dicunt,  
inter paucos, sub silentij iura-  
mento occultabatur; huius causa  
tamen, totam Ægyptum perlu-  
stravit, vbi ars illâ tempestate  
floruit; id confirmat, summam  
viri curiositatem, & diligentiam;  
redux nimirum in patriam, di-  
versa rara pharmaca ibidem ac-  
cepta, inter amicos medicos di-  
stribuit, vt experientia confirma-

PRÆFATIO

rentur. Sic ignis miram efficaciam  
a Cap. 8. scripsit, de Theriaca a ad Pisonem lectu dignam. Summis laudibus extollit Æschiron Empiricum eius præceptorem, à quo cancos vrere didicit b.

b De simpl.  
medic. fac.  
18. Gal.  
laus.

Manebit itaque Galeno, viro perspicacissimo, sua gloria, cui non minus quam Hippoerati, reverentia, vt rerum bonarum omnium causis ac principijs, debeatur.

Alchimia.

Naturalis itaque Philosophia Hippocrati, quam nunc Chymiam vocant, est antiquissima, deriuatur nimirum à Græco nomine, αλφ Hals, & χεία cheo, id sonat, salis fusio, seu liquefactio; hinc surrexit nomen Alchimia, quasi diceres ars fundendi salia; & recte. Natura enim ipsa fructum producere non potest, nisi seminum salia interna ( quæ ostendam ad oculum ) in terra liquecant: semel autem liquefacta, vicissim agunt in inuicem, & in plantam assurgunt, ad suos fines; & tunc à labore cessant.

## AD LECTOREM.

Spiritus enim inquit Hippocr. a, <sup>a De. diet.</sup>  
alter trahit, alter protrudit, idem  
autem uterque facit, & in utram-  
que partem tendit ( crescit & ve-  
getat ) & sic naturam hominis  
imitantur.

Semina autem iam à natura  
ad maturitatem deducta accipit  
Philosophus Chymicus, ab Hip-  
pocrate edoctus, & in illis con-  
siderat bina ( salia ) naturæ in-  
strumenta, ignem scilicet &  
aquam, hac arte ad agendum  
compellit, liquando salia, iuxta  
naturæ legem, vt alchimia docet;  
fitque aliquid noui, quod prius  
non erat, vt exempli gratia PA-  
NIS; in illo rursus considerat  
Hippocraticus Philosophus &  
Chymicus naturæ instrumenta,  
quæ porro compellit obstetricia  
manu & salia liquat, naturam  
scilicet imitando, & iterum pro-  
ducit aliquid noui, quod prius  
non erat, idque vocamus ACE-  
TVM; in illo notat Chymicus  
Philosophus, ignem superare  
aquam, sic enim præceptore iu-

## P R Æ F A T I O

*a De prisca  
medicina.*

bente a, quod nullus sapor propriâ facultate præpollere debeat: acidum tunc suo contrario absumit, & rursus diuidit ignem ab aqua; fitque noua productio, & est **AQVA ARDENS** quæ postmodum occultâ artis ope in alcali fixatur. Et sic pergit curiosus Hippocraticus permiscendo & alterando, donec intentum assequatur. Tandem ambo instrumenta, aut facultates, per repetitas salium fusiones ad orbem reducit. Et licet ignorantibus videatur Hippocraticum hinc noua produxisse, verum non est, sunt enim antiquissima; salia saltem toties refundit, quoties illi Natura concedit, quæ tamen ultra quartam reuolutionem repetere non permittit, doctorum b virorum testimonio & ratione sic dictante: de quo nunc satis.

*b Joh. Dee.  
Theor. 23.  
Isaac Hol-  
tan. & alij.*

Hanc salium repetitam fusionem, liquationem & exaltationem, ab antiquis Alchimie nomine doratam: non solum in:

AD LECTOREM.

Vegetabili sed etiam in Minerali a regno locum habere indicat Hippocrates b hac doctrinâ. Aurum operantes, inquit, tundunt, lauant, molli igne liquant, forti enim non constat, &c. quo ostendit Hippocr. c ignorantiam, & inscitiam eorum, qui scribunt Chymiam exerceri, circa vilem metallorum & mineralium fusionem, quasi hac molli igne liquefcerent: contrarium fatebitur, qui vnquam vidit mineralia, metalla & aurum fundi, aut liquari; quod scire non requirit mollem, sed fortissimum ignem. Non itaque Philosophus hic intelligit, rudem hanc mineram, licet originem ab ea desumpsit, quod statim indicat claro & intelligibili exemplo. Homo, ait, frumentum tundit, lauat, mollit, & ubi igne coxit, utitur, & forti quidem igne in corpore d non constat, verum molli ac lento.

a Quæ or-  
tus sui pa-  
rentem nul-  
lum alium  
agnoscunt  
præter Deum  
& astra.

b Lib. 1. de  
diata.

c Galenus  
è contra,  
metallorum  
notitiam  
non habuit,  
argentum  
vium non  
cognouit.

d Ignis in  
corpore.

Mollis itaque erit Philosopho-  
rum Chemicorum ignis in extra-

PRÆFATIO

a Isaac, Ba-  
che, Ripleus  
&c.  
b De diata.

Etione animalium, mineralium  
& vegetabilium familia ( Elixiria  
parua a neotericis ): *Omnia simi-*  
*lia esse docet Hippoc. b dissimilia*  
*existentia.* Quam primum autem  
ignis mollitudinis gradum exce-  
dit, non amplius est Philosopho-  
rum, sed artium; tunc enim res  
non promouentur obstetricia ma-  
nu; sed alterantur, docente id  
Magistro citato libro.

Quicumq; igitur salia fundunt,  
aut molli, aut forti igne liquant,  
omnes dependent, ab antiquis-  
sima hac Chymica Philosophia:  
ignorantiam itaque crassam pro-  
duunt, grauiterque impingunt  
( iuxta Hippocratem ) qui Phar-  
macopœcum ab hac arte exclu-  
dunt: Cum enim vegetabilia  
tundit, succum exprimit, tunc  
perfectò salia fundit: *peregrina*  
*verò, & aliena, non eosdem mo-*  
*res habentia à regione protrudit*  
( verba Hippocr. ) cum vero  
liquata salia condensat cum sac-  
charo in syrupum tunc permiscet  
& alterat: *Sic & hominis natura,*

## AD LECTOREM.

inquit Senex, & omnes artes cum humana natura communicant.

Si itaque natura præcedat omnem artem, & ars imitatur eam, homo non erit sub Sole *a* qui Chymicam & salis fusoriam officinam in se non contineat; solus saltem Medicus Canonicus, qui Hippocratis dogmatibus, propter huius antiquissimæ artis ignorantiam odit, sese excipit, ignarissimus enim est huius Divinitus datæ scientiæ: adeoque propter hunc ignorantem, *b* Medicina reputatur inter omnes professiones vilissima: fundamentum enim quo pedem figat non habet: de quo ait Seneca; *Semper discens, at nunquam ad veritatem perveniens.*

Hinc factum est, quod Galenus *c* nobis Hippocratem, omnium bonorum Ducem, locupletissimis scriptis confirmat, & toties bonorum autorem suis scriptis proclamatur, imò ad nominis æternitatem commendat consecratque. Hæc iusta Galeni sen-

*a. Vide cap. 13. huius libelli.*

*b Hipp. de lege.*

*c Ad Glauconem initio. & lib. 1. de venæ sect: aduersus Erasistran.*

PRÆF. AD LECT.

tentia me mouit, vt nunquam  
donec vixero, aliam in medicina  
adhibendam, quam Hippocratis  
doctrinam, non nisi cum ipsâ na-  
tura interituram censeam.



OTTONIS